

ne? Certè si errorem, quo in confessione delicti lapsus esset, reus ipse posset probabiliter ostendere, utique absolvendus, & si nihil probaret, esset è tali confessione condemnandus. Julius Clarus *l. 5. Sentent. §. final. quest. 64. num. 44. fol. 753.* In multis locis illud usu obtinuit, ut si reus suam confessionem in banco juris in ultimo aliàs executioni destinato die negaverit, prius ad carcerem remittatur, ut interea temporis Judices & Assessores se plenius informare, & tandem quid pronuncianum sit. Jurisperitorum consilia exquirere possint. Quod & tutius est, quàm si statim reus, facta revocatione, ad mortis supplicium trahi debeat, quicquid etiam dixerit Daniel Mollerus, *l. 3. c. 41. per tot. p. 309. Semestr.*

III. *Assessores isti, qui sub Juramento de rei confessione deposuerunt,* non sunt excludendi à voto suo in dicenda sententia; non enim ipsi tanquam testes, sed tanquam conjudices considerantur, quoniam non de facto aliquo extrajudiciali, sed de actis causæ judicialibus, quibus ipsi interfuerunt, saltem testimonium perhibent. Nec obstat, quod dicitur: *Eum, qui fuit in causa testis, non posse in eadem causa esse judicem*: Nam Respondeo, illud in se verum quidem esse, attamen limitationem pati in eo, si de actis causæ ab Assessoribus testimonium requiratur, illudque etiam feratur. Vigelius *c. 2. qu. 4. reg. 5. p. 42. §. 43. ad Const. Carolin.*

ARTIC. XCII.

Quomodo judices, Assessores, & qui iudicio præsumt, post accusationem & exceptionem in medium allatas, factamque in causa conclusionem ad sententiam ferendam pergere debeant, quidque Judex ex Assessoribus querat.

Wie die Richter u. Schöpffen/oder Urtheiler/nach beeder Theil/und allem Fürbringen / auch endlichem Beschluß die Urtheil fassen/und wie auch nachmals die Schöpffen oder Urtheiler durch den Richter gefragt werden sollen.

Nach beyder Theil und allem Fürtrag / auch endlichem Beschluß jeder Sachen sollen der Richter/ Schöpffen und Urtheiler alle gerichtliche Fürtrag und Handlung für sich nehmen / mit Fleiß besichtigen und erwegen/ und darauff nach ihrem besten Verstandnis dieser unser peinl. Gerichts-Ordnung/nach Gelegenheit eines jeglichen Falls/ am allergeichsten und gemäßigsten Urtheil in Schrift fassen lassen/und so die Urtheil also verfast/ soll darauff der Richter fragen: *N. Ich frage dich des Rechtens?*

Rr

AD